Glossa continua super Evangelia [= Catena aurea]

<Prooemium in Marcum>

Deus meus factus est fortitudo mea, et dixit:
parum est ut sis mihi servus
ad suscitandas tribus Iacob, et faeces Israel convertendas.
Dedi te in lucem gentium,
ut sis salus mea usque ad extremum terrae. (Is. 49,5-6)

Glossa. "Vocationem gentium et causam salutis earum Isaias propheta manifesto praenuntiat oraculo, dicens 'Deus meus factus est fortitudo mea', et cetera."

Hieronymus *super Isaiam*.[1] "In quibus verbis ostenditur Christum appellari servum, inquantum est formatus ex utero; nam ante verba ista praemittitur: 'Haec dicit Dominus, formans me ex utero servum sibi.' [*Is* XLIX,4] Fuerat siquidem voluntas Patris, ut pessimi vinitores missum susciperent Filium; unde de ipsis Christus ad discipulos loquitur: 'In viam gentium ne abieritis; sed ite magis ad oves perditas domus Israel.' [*Matth*. X,6] Quia igitur Israel non est reductus ad Deum, propterea Dei Filius loquitur Iudaeis non credentibus, dicens

– 'Deus meus factus est fortitudo mea': qui et consolatus est me super abiectione populi mei,

– 'Et dixit: parum est', si servias mihi ad suscitandas 'tribus Iacob', quae suo vitio corruerunt,

– et 'ad faeces', sive reliquias, Israel 'convertendas';

– pro illis enim 'dedi te in lucem gentium omnium', ut illumines universum mundum,

– et 'salutem meam', per quam homines salvi fiunt, 'usque ad extrema terrae' facias pervenire."

[1] Hieronymus, *Commentarii in Isaiam* 13, § 5-6 (CCSL 73A,536.1,19-28, 43).

Fortlaufende Glosse zu den Evangelien [= Goldene Kette]

Vorrede zum Markus-Evangelium

Mein Gott wurde meine Stärke, und er sprach:
Es ist wenig, daß du mein Knecht bist,
um die Stämme Jakobs aufzurichten und die Hefe Israels zu bekehren;
ich habe dich zum Licht der Heiden gemacht,
daß du mein Heil seist bis an die Grenzen der Erde (Jes 49,5)

Glosse. „Die Berufung der Heiden und die Ursache ihres Heils verkündet der Prophet Jesaja deutlich vorher, indem er sagt: ‚Mein Gott wurde meine Stärke' etc."

Hieronymus, *Über Jesaja*. „Diese Worte zeigen, daß Christus Knecht heißt, insofern er im Mutterleib gebildet wurde. Denn vor diesen Worten heißt es: ‚Dies sagt der Herr, der mich vom Mutterleib an sich zum Knecht bildete' [*Jes* 49,4]. Es war nämlich der Wille des Vaters, daß die bösen Winzer den abgesandten Sohn aufnähmen. Daher spricht Christus von ihnen zu seinen Jüngern: ‚Weicht nicht ab auf den Weg der Heiden, sondern geht vielmehr zu den verlorenen Schafen des Hauses Israel' [*Mt* 10,6]. Weil daher Israel nicht zu Gott zurückgeführt wurde, darum spricht der Sohn Gottes zu den Juden, die nicht glauben:

– ‚Mein Gott wurde meine Stärke', der mich auch tröstete angesichts der Verwerfung meines Volkes,

– ‚Und er sagte zu mir: Es ist wenig', wenn du mir dienst, um ‚die Stämme Jakobs aufzurichten', die durch ihre Sünden zugrunde gingen,

– und ‚um die Hefen', oder Überreste Israels, ‚zu bekehren'.

– Für sie nämlich ‚habe ich dich zum Licht der Heiden gemacht', damit du die ganze Welt erleuchtest,

– und ‚mein Heil', wodurch die Menschen gerettet werden, ‚bis zu den Grenzen der Erde' gelangen läßt."

Glossa. Ex praemissis igitur verbis duo possumus colligere:

[a] quorum primum est divina virtus, quae fuit in Christo, ex qua efficax fuit ad gentium illuminationem; quia dicitur 'Deus meus factus est fortitudo mea'. Deus igitur erat in Christo mundum reconcilians sibi, ut Apostolus, dicit [cfr. I *Cor*. 5,19]; unde et Evangelium, per quod credentes salvantur, virtus Dei est in salutem omni credenti, ut idem Apostolus dicit [cfr. *Rom.* I 16].

[b] Secundum autem est illuminatio gentium et salus mundi ex dispositione Patris per Christum completa: quia dicitur: 'Dedi te in lucem gentium': unde post resurrectionem suam Dominus ut dispositionem Patris impleret, ad praedicandum discipulos misit, dicens: docete omnes gentes,

[i] quorum quidam ad praedicandum Iudaeis,

[ii] quidam ad praedicandum gentibus ministerium acceperunt.

Quia vero Evangelium oportuit non solum praedicari propter praesentes, sed etiam scribi propter futuros, eadem distinctio est in scriptoribus Evangelii observata;

[i] nam Matthaeus Iudaeis Evangelium Hebraico sermone scripsit;

[ii] Marcus autem primus Evangelium scripsit in gentibus.

Eusebius *in Eccl. Hist*.[1] "Cum enim Romanae urbi clarum verbi Dei lumen fuisset exortum, sermo veritatis et lucis, qui per Petrum praedicabatur, universorum mentes placido illustravit auditu; ita ut quotidie audientibus eum nulla unquam satietas fieret: unde neque eis auditio sola sufficiebat; sed Marcum discipulum eius omnibus precibus exorant, ut ea quae ille verbo praedicabat, ad perpetuam eorum commonitionem habendam Scripturae traderet, quo domi forisque in huiusmodi verbi meditationibus permanerent; nec prius ab obsecrando desistunt quam quae oraverant, impetrarent: et haec fuit causa scribendi Evangelium secundum Marcum.

[1] Eusebius von Cäsarea, *Historia ecclesiastica* (*translatio Rufini*) II 15, § 1-2 (GCS 9.1,139.28-141.14).

Glosse. „Aus den vorausgehenden Worten können wir ein Zweifaches entnehmen:

[a] Das Erste ist die göttliche Macht, die in Christus war, durch die er wirksam war zur Erleuchtung der Heiden. Denn es heißt: ‚Mein Gott wurde meine Stärke.' Gott hat also in Christus die Welt mit sich versöhnt, wie der Apostel sagt [1 *Kor* 5,19]. Daher ist auch das Evangelium, wodurch die Gläubigen gerettet werden, Gottes Kraft zum Heil für jeden, der glaubt, wie derselbe Apostel sagt [*Röm* 1,16].

[b] Das Zweite aber ist die Erleuchtung der Heiden und das Heil der Welt, das nach der Anordnung des Vaters durch Christus vollbracht wurde; denn es heißt: ‚Ich habe dich zum Licht der Heiden gemacht.' Daher hat der Herr nach seiner Auferstehung, um die Anordnung des Vaters zu vollziehen, Jünger zur Verkündigung gesandt, indem er sagte: ‚Lehrt alle Völker'.

[i] Von ihnen erhielten einige den Auftrag, den Juden zu predigen,

[ii] andere, den Heiden zu predigen.

Weil aber das Evangelium nicht nur wegen der Gegenwärtigen gepredigt werden, sondern auch wegen der Künftigen niedergeschrieben werden sollte, ist derselbe Unterschied auch bei den Verfassern des Evangeliums zu beobachten.

[i] Denn Matthäus schrieb für die Juden sein Evangelium in hebräischer Sprache,

[ii] Markus aber schrieb als erster sein Evangelium für die Heiden."

[1. Verfasser]

Eusebius, *Kirchengeschichte*. „Als der Stadt Rom das helle Licht des Wortes Gottes aufgegangen war, erleuchtete die Rede der Wahrheit und des Lichts, die von Petrus verkündigt wurde, mit seinem freundlichen Ton die Geister aller, so daß seine Zuhörer sich täglich nicht genug daran sättigen konnten. Daher genügte es ihnen nicht, ihm nur zuzuhören, sondern sie baten seinen Jünger Markus inständig mit intensiven Bitten, daß er dasjenige, was jener im Wort predigte, um es zum fortwährenden Andenken schriftlich zu haben, schriftlich festhielt, damit sie zu Hause und draußen in den Betrachtungen eines derartigen Wortes verbleiben könnten. Und sie hörten nicht auf zu flehen, bis sie erreichten, was sie erbaten. Dies war die Ursache, warum das Evangelium nach Markus verfaßt wurde.

Petrus vero ut per Spiritum Sanctum religioso se comperit furto spoliatum, delectatus est, fidem eorum per hoc devotionemque considerans; factumque confirmavit et in perpetuum legendam Scripturam Ecclesiis tradidit."

Hieronymus *super Marcum*.[1] "Principium autem a perfectioris aetatis Christi praedicatione inchoat, nec laborat in nativitate infantuli qui loquitur de perfectione Filii Dei."

Chrysostomus.[2] "Compendiosam autem ac brevem narrationem facit, in quo magistrum imitatus est, scilicet Petrum, brevitati studentem."

Augustinus *de Cons. Evang*.[3] "Unde Matthaeus qui regiam Christi personam narrandam susceperat, habuit Marcum sibi tamquam comitem et abbreviatorem adiunctum, qui sua vestigia quodammodo sequeretur: regum enim est non esse sine comitum obsequio. Sacerdos autem quoniam in sancta sanctorum solus intrabat, propterea Lucas, cuius circa sacerdotium Christi erat intentio, non habuit tamquam socium obsequentem, qui suam narrationem quodammodo breviaret."

Beda.[4] "Notandum est etiam, quod Evangelistae sancti diversum narrationis suae primordium, singuli diversum statuere terminum.

[a] Matthaeus namque a nativitate dominica exordium sumens, ad tempus usque dominicae resurrectionis seriem suae narrationis perduxit;

[b] Marcus ab initio evangelicae praedicationis incipiens, pervenit usque ad tempus ascensionis Domini et praedicationis discipulorum eius cunctis gentibus per orbem;

[1] Ps.-Hieronymus, *In Marcum*, prol. (CCSL 82,2.31-36).

[2] Vgl. Johannes Chrysostomus, *Homiliae super Matthaeum* 4 § 1 (PG 57, 39.44-40.44).

[3] Augustinus, *De consensu evangelistarum* I 3,6 (CSEL 43,6.9-15).

[4] Beda Venerabilis, *In Marcum* I 1 (CCSL 120,436.24-438.39).

Petrus aber freute sich, als er erfuhr, daß durch den Heiligen Geist an ihm ein religiöser Diebstahl begangen worden war, bedachte ihren Glauben und die Ergebenheit, die darin steckten, und bestätigte das Geschehene und übergab die Schrift den Kirchen zur beständigen Lesung."

[2. Aufbau]

Hieronymus, *Über Markus*. „Er macht aber den Anfang mit der Predigt des Vollalters Christi, und er hält sich nicht bei der Geburt des Kindes auf, da er von der Vollkommenheit des Sohnes Gottes spricht."

[3. Stil]

Chrysostomus. „Er verfaßte aber einen gedrängten und kurzen Bericht, worin er seinen Meister, nämlich Petrus, nachahmte, der auf Kürze bedacht war."

Augustinus, *Von der Übereinstimmung der Evangelisten*. „Daher hat Matthäus, der es übernommen hatte, von der königlichen Person Christi zu berichten, Markus sich gleichsam als Begleiter und Abkürzer verbunden, der gewissermaßen seinen Spuren folgte. Denn die Könige pflegen nicht ohne Gefolge zu sein. Weil aber der Hohepriester ins Allerheiligste allein eintrat, darum hatte Lukas, dem es um das Priestertum Christi ging, gleichsam keinen folgenden Gefährten, der seine Erzählung gewissermaßen abkürzte."

Beda. „Es ist auch zu bemerken, daß die heiligen Evangelisten ihre Berichte jeweils mit einem anderen Anfang beginnen und mit einem anderen Ende beschließen.

[a] Denn Matthäus nahm seinen Ausgang von der Geburt des Herrn, führte den Faden seiner Erzählung bis zur Zeit der Auferstehung des Herrn fort.

[b] Markus begann mit dem Anfang der Predigt des Evangeliums und kam bis zur Zeit der Himmelfahrt des Herrn und der Predigt, die seine Jünger allen Völkern auf dem Erdkreis hielten.

[c] Lucas autem a nativitate praecursoris inchoans Evangelium, terminavit in ascensione dominica;

[d] Ioannes ab aeternitate verbi Dei principium sumens, usque ad tempus dominicae resurrectionis evangelizando pertingit."

Ambrosius *super Lucam*.[1] "Quia igitur Marcus a potentiae coeperat expressione divinae, recte sub leonis imagine figuratur."

Remigius *super Marcum*. „Per leonem etiam signatur Marcus: quia sicut leo terribilem vocem in deserto emittit, sic Marcus a voce in deserto incepit, dicens: 'Vox clamantis in deserto' [*Mc* I,3]."

Augustinus *de Cons. Evang*.[2] "Quamvis et de figura aliter dici possit. Marcus enim

[a] qui neque stirpem regiam ut Matthaeus, ob hoc per leonem significatus,

[b] neque sacerdotalem ut Lucas signatus per vitulum, vel cognationem vel consecrationem narrare voluit;

et tamen in eis versatus ostenditur quae homo Christus operatus est, per hominis figuram in illis quatuor animalibus signatus videtur."

Theophylactus (in Evang. Marci).[3] "Vel Evangelium secundum Marcum aquila innuit: a prophetia enim Ioannis incepit. Prophetia vero acute quae a longe sunt, speculatur ut aquila."

(Lateinischer Text: corpusthomisticum.org)

[1] Ambrosius, *Expositio evangelii secundum Lucam*, prol. § 8 (CSEL, 32.4, 6,139).

[2] Augustinus, *De consensu evangelistarum* I 6,9, (CSEL 43,9,11-10,7).

[3] Theophylactus, *Enarratio in Evangelium Marci*, Praefatio (PG 123, 493B5-9).

[c] Lukas aber begann mit der Geburt des Vorläufers sein Evangelium und beendete es mit der Himmelfahrt des Herrn,

[d] Johannes [schließlich] nahm seinen Ausgang von der Ewigkeit des Wortes Gottes und kam in seinem Evangelium bis zur Zeit der Auferstehung des Herrn."

[4. Sinnbild]

Ambrosius, *Über Lukas*. „Weil also Markus mit dem Ausdruck der göttlichen Macht begann, wird er mit Recht mit dem Bild des Löwen versinnbildlicht."

Remigius, *Über Markus*. „Durch den Löwen wird auch Markus bezeichnet. Denn wie der Löwe seine fürchterliche Stimme in der Wüste erschallen läßt, so begann Markus mit der Stimme in der Wüste, indem er sagt: ‚Die Stimme des Rufenden in der Wüste' [*Mk* 1,3]."

Augustinus, *Von der Übereinstimmung der Evangelisten*. „Obwohl man von diesem Sinnbild auch anders sprechen kann. Denn Markus,

[a] der weder von der königlichen Abstammung berichten wollte, wie Matthäus, der darum mit dem Löwen bezeichnet wird,

[b] noch von der priesterlichen wie Lukas, der mit dem Stier bezeichnet wird, oder von der Verwandtschaft oder der Weihe,

aber dennoch zeigt, daß er sich mit dem beschäftigt, was der Mensch Christus wirkte, scheint unter den vier Tieren durch die Gestalt des Menschen bezeichnet worden zu sein."

Theophylactus (*zum Evangelium des Markus*). „Oder das Evangelium nach Markus deutet der Adler an. Er begann nämlich mit der Prophetie des Johannes. Die Prophetie aber schaut wie der Adler scharf auf dasjenige, was weit entfernt liegt."

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)